



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 2. An datur speciale præceptum Spei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

conducere possunt : uno verbo omnia,  
quæ in Oratione Dominica continen-  
tur.

Hinc 3. Ad Spem pertinet timor priva-  
tionis gratiæ Dei , & ejus possessionis.

Dixi, *Certa scilicet ratione sui*, & quan-  
tum est ex parte Dei : quia nititur omni-  
potentiâ, misericordia & fidelitate Dei in  
promissis. Unde ad Heb. 6. Dicitur *An-*  
*chora animæ tuta, ac firma.* Est tamen in-  
certa respectu nostri. Nam non sumus  
certi de nostra cooperatione, & perseve-  
rantia ad salutem necessaria. *Nescit homo*  
*utrum amore, an odio dignus sit: sed om-*  
*nia in futurum servantur incerta.* Eccl.  
9. Hinc illud ad Phil. 2. *cum metu, & tre-*  
*more vestram salutem operamini.*

Q. 2. *An datur speciale praeceptum*  
*Spei?*

Resp. Aff. Constat i. ex Psal. 4. *Sperate*  
*in Domino.* & i. Pet. 1. *Sperate in eam,*  
*qua offertur vobis, gratiam.* & i. ad Tim.  
6. *Præcipe... neque sperare in incerto di-*  
*vitiarum, sed in Deo vivo.* 2. Ex S. Au-  
gust. Tract. 83. in Joan. *Defide nobis, quām*  
*multa mandata sunt, quām multa de Spe?*  
3. Quia Spes est medium ad salutem nece-  
ssarium, *spe enim salvi facti sumus.* Rom.  
8. *estque dispositio necessaria in adulto.*  
ad justificationem obtinendam, ex Tri-  
dent.

dent. sess. 6. cap. 6. Deus autem præcepit omnia media ad salutem necessaria. Præterea Deus non vult salvare adultos sine propria cooperatione, quæ non fit sine Spe, per quam voluntas tendit in Deum ut suum summum bonum, & erigitur adversus difficultates, quæ reperiuntur in virtutum exercitio. 4. Alex. VII. damnavit hanc propos. *Homo nullo unquam vita sua tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

Præceptum Spei obligat ad eliciendos suo tempore actus Spei, aliósque conexos, & ad adhīenda omnia media necessaria ad beatitudinem consequendam. Prohibetque præsumptionem, desperationem, & incuriam salutis,

*Q. 3. Quandonam præceptum Spei obligat ad eliciendum actum Spei?*

*Resp.* Obligat per se, & ratione propriæ honestatis. 1. Initio usûs rationis, quando quis novit æternam beatitudinem, ad quam destinati sumus: nam tunc debet tendere ad suam beatitudinem, ac suum summum bonum, & rectè vitam suam instituere. 2. Quoties versatur in periculo desperandi, nisi actu Spei animum confirmet; nam eodem præcepto tenemur sperare, & non desperare. 3. Sæpè in de-

cur-